

Fig. 7. A—F. Gefäßbündelverlauf in einem jüngeren Knoten derselben Pflanze. Die Gefäße der markständigen Stränge sind in ihrer Anzahl angegeben.

Fig. 8. Schematischer Längsverlauf der Gefäßbündel von *Chavica Roxburghii* bei regelmässiger Anordnung.

Fig. 9. Anordnung der Gefäßbündel im Blattstiel von *Piper geniculatum*.

Ramalinae Cubanae novae.

Exponit W. Nylander.

In secunda serie Lichenum ex insula Cuba a praestantissimo C. Wright collectorum editorumque sequentes notavi Ramalinas novas. Sicut additamentum in monographiam meam generis illas novitias hic breviter (ut semper, ex mea methodo) definire liceat, quod ita facere spero, ut eadem absque nimia difficultate inter congeneres agnoscantur.

1. *Ramalina subanceps* Nyl. Fere subspecies *Ramalinae usneoidis* (varietati *usneoidellae* proxima), sed facie *R. ancipitis*, thallo autem intus K— et sporis fusiformibus (longit. 0,012—24 millim., crassit. 0,0025—0,0040 millim.). Thallus stramineus compressiusculo-anceps (latit. 0,5 millim. vel tenuior), in speciminibus visis longit. saltem 15 centimetrorum attingens, implexus. — Datur nis. 22, 24.

2. *Ramalina peranceps* Nyl. Affinis *R. ancipiti* (etiam medulla similiter K e flavo ferrugine tincta), sed thallo magis compresso-complanato (latit. circiter 1 millim. vel tenuiore); sporae fusiformi-oblongae curvulae, longit. 0,015—21 millim., crassit. 0,004—6 millim. Thallus estriatulus (alioquin accedens ad stirpem *R. usneoidis*), implexus, in specimine viso longit. saltem 8 centimetr. (sed facile longitudinis majoris obveniens). — Datur no. 23.

3. *Ramalina subasperata* Nyl. Accedens versus *R. complanata*, sed thallo subtereti aut subcompressiusculo et sporae tenuiores. Thallus pallidus laevis, caespitose ramosus, superficie tuberculis albidis minutis subpapillosis sparsis nonnihil exasperatus, firmus (altit. circiter 2 centimetr., latit. 0,5—0,8 millim.); apothecia carneo-pallida, saepius glaucoalbido-suffusa (latit. 1—4 millim.), concava, receptaculo laevi parce tuberculis albis evane-

Fig. 7. A—F. Gefäßbündelverlauf in einem jüngeren Knoten derselben Pflanze. Die Gefäße der markständigen Stränge sind in ihrer Anzahl angegeben.

Fig. 8. Schematischer Längsverlauf der Gefäßbündel von *Chavica Roxburghii* bei regelmässiger Anordnung.

Fig. 9. Anordnung der Gefäßbündel im Blattstiel von *Piper geniculatum*.

Ramalinae Cubanae novae.

Exponit W. Nylander.

In secunda serie Lichenum ex insula Cuba a praestantissimo C. Wright collectorum editorumque sequentes notavi Ramalinas novas. Sicut additamentum in monographiam meam generis illas novitias hic breviter (ut semper, ex mea methodo) definire liceat, quod ita facere spero, ut eadem absque nimia difficultate inter congeneres agnoscantur.

1. *Ramalina subanceps* Nyl. Fere subspecies *Ramalinae usneoidis* (varietati *usneoidellae* proxima), sed facie *R. ancipitis*, thallo autem intus K— et sporis fusiformibus (longit. 0,012—24 millim., crassit. 0,0025—0,0040 millim.). Thallus stramineus compressiusculo-anceps (latit. 0,5 millim. vel tenuior), in speciminibus visis longit. saltem 15 centimetrorum attingens, implexus. — Datur nis. 22, 24.

2. *Ramalina peranceps* Nyl. Affinis *R. ancipiti* (etiam medulla similiter K e flavo ferrugine tincta), sed thallo magis compresso-complanato (latit. circiter 1 millim. vel tenuiore); sporae fusiformi-oblongae curvulae, longit. 0,015—21 millim., crassit. 0,004—6 millim. Thallus estriatulus (alioquin accedens ad stirpem *R. usneoidis*), implexus, in specimine viso longit. saltem 8 centimetr. (sed facile longitudinis majoris obveniens). — Datur no. 23.

3. *Ramalina subasperata* Nyl. Accedens versus *R. complanata*, sed thallo subtereti aut subcompressiusculo et sporae tenuiores. Thallus pallidus laevis, caespitose ramosus, superficie tuberculis albidis minutis subpapillosis sparsis nonnihil exasperatus, firmus (altit. circiter 2 centimetr., latit. 0,5—0,8 millim.); apothecia carneo-pallida, saepius glaucoalbido-suffusa (latit. 1—4 millim.), concava, receptaculo laevi parce tuberculis albis evane-

scentibus notato et ramulo corniculiformi subtus appendiculato; sporae subfusiformi-oblongae, vulgo leviter curvulae vel subrectae, longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim. — Datur no. 25 c, d.

Facie accedens videatur ad *R. gracilentam* Ach., sed differt sporis saepius curvulis et thallo exasperato fere ut in *R. complanata* (alioquin dissimili). Medulla K—.

4. *Ramalina dendriscoides* Nyl. Thallus pallidus subnitidiusculus minor gracilis (altit. 2—5 centimetr., crassit. 0,5—0,6 millim. vel gracilior), teretiusculus, dendroideo-ramosus et ramulosus, ad axillas interdum vage impressus, ramulis saepe apicibus albo-sorediosis. Apothecia non visa. Datur no. 738.

Species videtur propria accedens ad *R. rigidam* vel saltem ejus stirpem. *R. dendroides* (Del., Nyl. *Ramal.* p. 14) differt jam thallo majore, laciniis compressis et defectu sorediorum terminalium ramulorum. *R. sorediantha* comparari forsitan etiam possit ob soredia, sed haec species thallum non habet teretiusculum (sed canaliculatum etc.).

5. *Ramalina leptosperma* Nyl. Thallus pallidus lineari-attenuatus (latit. 5 centimetr. vel altior, latit. 1—2 millim., crassit. circiter 0,1 millim.), canaliculatus (interdum hinc inde marginibus conniventibus trabeculis tenuibus transversis conjunctis), nitidiusculus, nervoso-rugosus (apicem versus minus rugosus), ramosus, ramulis acutiusculis; apothecia carneo-pallida concava (latit. 1—3 millim.), receptaculo rugoso, marginalia; sporae oblongae rectae, longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,0025—0,0035 millim. — Datur no. 27.

Species facie fere *R. canaliculatae*, sed mox distans thallo tenuiore nervoso-rugoso et minutie sporarum.

Lichenes Brasilienses,

collecti a D. A. Glazion in provincia brasiliensi
Rio Janeiro,

auctore Doct. A. de Krepelhuber.

(Continuatio.)

220. *Graphis chrysocarpa* (Raddi) Eschw. in Mart. Flor. Bras. p. 84; Nyl. Prodr. L. Nov. Gran. 2, p. 76; *Graphis Kermesina* Fée Bullet. soc. Bot. Fr. XXI, p. 29; *Graphis rubricosa* Fée l. c. p. 29.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1876

Band/Volume: [59](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Ramalinae Cubanae novae 411-412](#)